Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Tolletur enim impius · ut non uideat claritatem dni ·
& impii lumen non uidebunt · Hec est autē inquit
uita eterna · ut cognoscant te unum uerum deū · &
quē misisti ihm xpm · sicut in illa eternitate cognos
citur · quo seruos pducet p formam serui ut liberi con
templentur formam dni ·

In Marcum.

Nunc iam quia matthei narrationem con
texuimus considerantes · & eius res eferentes
usq; in finē · in nullo eos uel sibi uel inter se
repugnare docuimus · marcū similiter in
deamus · ut exceptis his quē cū matheo dixi ·
de quibus iam quod disserendum uidebatur absolumus ·
cetera ei inspecta atq; collata · nullo eos repugnare mons
trentur usq; ad cenā dni · Hā inde iā omia omnū quatuor
quē admodum sibi conueniant usq; in finem considerata
tractauimus · Sic enī incipit marcus · Initū euangli ihu
xpi filii di · sicut scptum est in ysaia ppha · & cetera usq;
ad illud ubi ait · & ingrediuntur capharnaū · & stati
sabbatis ingressus synagogam docebat eos · In hac tota
contextione omia superiora cū matheo considerata sunt ·
Hoc autē marcus quia ingressus capharnaū in synago
ga eorū docebat eos sabbatis cum luca dixit · & nichil
habet questionis · Sequitur marc & dic · Et stupebant
super doctrina ei · Erat enī docens eos quasi potestatē habens ·
& non sicut scribe · Et erat in synagoga eorū homo in spū
immundo · & exclamauit dicens · Quid nobis & tibi ihu
nazarene · Venisti pdere nos · & cetera usq; ad illum
locum ubi ait · & erat predicans in synagogis eorū · &
omī galylee · & demonia eiciens · Et in hoc toto loco quā